



# LA AMENCIA

Sacra Romana Rota

CORAM

*Gerardo Maria Rogers*

PONENTE

Novae Aureliae

Nullitatis  
Matrimonii

SENTENTIA DEFINITIVA

(OMISSIS)

## FACTI SPECIES

1) B., 1916 nata, a patre acatholico et a madre catholica, vitam sat infelicem ab adolescentia duxit: eius enim mater, a fide catholica apostata, a conuge per divortium civile separata, ad alias nuptias convolvavit cum quodam C., acatholico, quem B. minus probavit. Discidiis exortis cum vitrico, B. tandem domum dereliquit, obeunte anno 1944, vestigiis sequens quemdam G., virum uxoratum, quem ferventi amore deperiebat. Ab amasio autem repulsa, infelix puella in deordinatam vitam delapsa est, primum in civitate Novae Aureliae, et paulo post in Galvespoli, quibus in locis alcoholicis potibus copiose usa est, ut memoriam amasii oblitteraret. Quinimmo eo insaniae pervenit B., ob potationes et nervorum perturbationem, ut in statu ebrietatis, uti videtur, matrimonium attentaverit cum quodam R. viro vix sibi noto, et ipso uxorato. Matrimonio ita attentato post paucos dies per decretum legis civilis dissoluto, B. in peiorem adhuc statum depressionis psychicae et alcoholismi relapsa est, ita ut, cum eius amica, D.na F., ei suasit nuptias inire cum quodam T. classario, consilium acceperit, quamvis, uti nunc contendit, facultates habuerit ita graviter obnubilatas, ut consensum validum depromere haud valuerit.

Nuptiae vero, 1945 coram magistratu civili celebratae infelicem exitum habuerunt. B. enim ut primum poluit maternam domum repetiit, neque voluit vitam communem cum T. instituere. At, cum eius parentes

fortiter institerint ut fides data observaretur, B. quamvis invita acceptavit jugum connubiale. Convictus autem quamvis prole recreatus et ad septem annos protractus, ab initio infelix evasit, ob mores et indoles coniugum quam maxime inter se repugnantes, donec ad separationem legalem, et dein, anno 1954, ad divortium civile devenit.

1956 B. attentavit matrimonium civile cum catholico quodam, sed, cum hic sub conscientiae dictamine post paucos dies finem posuerit conviventiae, ipsa ad Ecclesiam Catholicam sese convertens, petiit atque obtinuit ut in eadem baptizaretur. Cum nihil potius cupierit quam eodem viro legitime uniri, suplicem dein libellum Tribunali ecclesiastico Novae Aureliae porrexit, quo accusavit matrimonium cum T. contractum ex capite defectus proprii consensus ob ebrietatem. Tribunal vero primae instantiae, die 2 februarii 1960, edixit non constare de nullitate matrimonii, sed in gradu appellationis Tribunal Chicagense, die 7 maii 1962, sententiam tulit votis actricis faventem.

Appellante ad Sanctam Sedem Defensore Vinculi, Sup. Sc. C. Sancti Officii, pro competentia qua pollet, causam iudicandam transmisit N. S. O., ideoque nunc in tertio iurisdictionis gradu respondendum est dubio rite concordato:

**«An constet de nullitate matrimonii, in casu»**

### IN IURE

2) Consensus, ut sit causa efficiens matrimonii, actus vere humanus sit oportet, seu «hominis qua plane homo est, idest suae mentis, sui que arbitrii; velut orare, meditari, contractus inire... Est igitur actus humanus: Quod procedit a principio intrinseco, scienter ac libere. Uti igitur actus humanus dici possit, ante omnia necesse est, ut quis sit compos mentis: In infante, amente, ebrio, dormiente, si quid fecerint, actus humanus ne intelligi quidem potest. Eius autem, qui compos mentis est, actus, ut humanus dici possit, necesse est ut procedat a principio intrinseco, ut scienter, ut libere... ut scienter, quia nihil volitum quin praecognitum: et eatenus tantum quatenus praecognitum fuit; quia voluntas fertur in suum obiectum secundum quod a ratione proponitur. Idcirco opus est, ut agens sciat quid agat et materialiter et formaliter...» (D'Annibale, Summula Theologiae Moralis, Ed. IV, nn. 141, 142, 143).

Verum, ut nupturiens formaliter sciat quid agat in nubendo, necesse est ut confuso saltem modo intelligat quid sit natura matrimonialis contractus et essentialia eiusdem obligationes, seu, uti pronuntiat can. 1082, «ut saltem non ignoret matrimonium esse so-

cietatem permanentem inter virum et mulierem ad filios procreandos».

At, cum huiusmodi cognitio implicet iudicium aestimativum, haud sufficit nudum rationis usum, sed requiritur ut nupturiens insuper habeat rationem apte evolutam et per experientiam expeditam: aliis verbis, «discretionem et maturitatem iudicii, quae contractui matrimoniali proportionata sit» (S.R.R. Decis., vol. XXXIII, pag. 152, sent. c. Wynen.).

Nam, uti iam monuit Benedictus XIV, in Litteris Apostolicis «Magnae Nobis», diei 29 iunii 1748, de iure divino et naturali postulatur, ut contrahens rationis usu ita polleat «ut matrimonii contrahendi vim et naturam intelligat» (Collect. S. C. de Propaganda Fide, ex. 1893, n. 1379). Nemo autem vim et naturam contractus matrimonialis aestimare vel intelligere valet, nisi gaudeat facultate critica, «quae est vis iudicandi et ratiocinandi, et iudicia una componendi ut novum iudicium inde logice deducatur» (cfr. S.R.R. c. Exc.mo Felici, 3 decembris 1957; c. Lamas, 21 octobris 1959). Matrimonium tunc tantum valet, quando per hanc criticam facultatem homo potuit deliberationes efformare et liberae voluntatis excitare actus» (sent. c. Sabattani, diei 24 februarii 1961).

3) Haec autem facultas critica exerceri nequit, si graviter perturbatur «harmonica illa ordinatio ac conspiratio superiorum facultatum, intellectus scilicet ac voluntas, ex qua procedit conscia et libera determinatio ad certum obiectum, cum facultate ad aliud divertendi» (sent. c. Mattioli, diei 20 decembris 1962), quin tamen amittatur omnis rationis usus; facultates enim superiores obnubilari possunt quin lumen rationis totaliter exstinguatur. Quare sufficere ad nullitatem consensus evincendam ut probetur nupturiens, ob causas sive internas sive externas, ita habuisse facultates superiores exturbatas, ut incapax existeret sibi efformandi iudicia, sub dictamine facultatis criticae, proportionata gravitati negotii quod agitur.

4) Inter causas quae mentis aequilibrium graviter perturbant, altiore loco merito tenet potatio liquoris alcoholici, quippe quod substantia, quam alcohol vocant, systema nervum et ipsum cerebri corticem directe attingit. Facultates rationales seu mentales, cum cerebro tamquam proprio utantur organo, priorem et potiore deminutionem patiuntur in ebrietate, ita ut ex nimio alcoholicae substantiae usu, acies intellectus praestringatur, voluntas hebetet, memoria obnubiletur (cfr. Vandervelt and Odenwald, Psychiatry and Catholicism, pag. 351).

5) Determinare vero num quis ita potu alcoholico affectetur necne ut non sui compos relate ad matri-

monialem consensum dici queat, est quaestio facti, cuius practica solutio aliquando difficillima erit. Enimvero: «La **tolleranza** varia notevolmente da individuo a individuo; e non si è ancora riusciti a spiegare scientificamente il fatto che una stessa quantità di alcool, mentre può provocare segni di avvelenamento grave a perfino perdita di coscienza in un individuo, determini in un altro solo un leggero stato di euforia... L'effetto immediato dell'assorbimento dell'alcool in circolo ricorda quello di qualsiasi anestetico. Dopo un breve stadio di «eccitamento», dovuto alla rimozione dell'influenza inibitoria dei centri superiori, si ha una riduzione della efficienza psichica. Sono ovvii la mancanza di controllo muscolare, la diminuita attenzione, l'ottundimento della percezione sensoriale e la lentezza nella ideazione. L'associazione è superficiale; la ritenzione è indebolita, e la memoria per gli avvenimenti lontani è frammentaria e inattendibile. Le inibizioni acquisite, l'autocontrollo e la reticenza scompaiono o sono sommerse sotto ondate emozionali di tipo primitivo; ilarità e sensazione di cameratismo, o magari, tristezza e autocommisurazione, con pianto ed un disperato ricorrere all'aiuto altrui. Nel campo dell'attività mentale, ormai notevolmente ristretto, il comportamento diventa più disinvolto e il soggetto difetta di critica. Tutto questo, unito alla ingannevole fiducia in se stessi, alla mancanza di ogni senso di stanchezza e all'irresponsabilità intellettuale e morale tipica dell'ubriaco, contribuisce a conferirgli un umore piacevole e allegro. Scendendo ad una scala di valori inferiori, tutti i tipi di personalità si riducono ad un comune denominatore molto basso, vale a dire ad un livello indifferenziato di comportamento in cui tutti sono uguali e trovano facilmente compagnia. E'pur vero che in questa fase possono manifestarsi alcuni tratti nascosti della personalità, abitualmente repressi, ma quello che emerge spesso non è il vero indice della personalità, ed è raro che rispecchi uno qualsiasi dei lati migliori» (Mayer — Gross, etc. *Psichiatria Clinica*, pp. 457, 458).

6) Quibus attentis, patet non dari criterium unicum, universim applicandum, pro determinatione cuiuscumque ebrietatis gradus, eo vel magis pro determinatione num quis gradum attigerit qui impedit quominus validus consensus emittatur: alii aliis praostant in ictu alcoholico dissimulando.

Quare, in iudicio sibi efformando de nupturientis capacitate ad nuptias ineundas, Iudex practicum iudicium eruet ex modo agendi partis, ex quantitate et qualitate potus desumpti, necnon ex declarationibus eorum qui, quotidiana vel crebra experientia docti, discernere sciunt inter sobrios et crapulosos. Neque

in hisce causis iudicandis praetermittantur confessiones illius qui dicitur in statu ebrietatis contraxisse, quippe quod ipse melius aliis scit quomodo potu alcoholico affectus erat.

Tandem, pro nullitate consensus ob ebrietatem facilius concluditur, si nupturiens erat sub influxu potus fortis non solum momento celebrationis matrimonii, sed iam inde a propositione matrimonii. Hoc enim in casu non ageretur de consensu tranquillo animo antea praedeterminato, forsitan inter nubes alcoholicos virtualiter perseverante, sed de negotio a limine penitus vitiatum, quin concessum fuerit intervallum deliberationi super valore contractus ineundi superque gravissimis obligationibus assumendis.

### IN FACTO

7) Contendit D.na B., actrix in causa, se innuptiis celebrandis cum T. convento, ita fuisse ebrietate affectam, ut non potuerit consensum validum promere.

Scribit quidem in suo libello: «Io ero divenuta completamente ubriaca alla festa di Natale la sera prima e rimasi più o meno completamente ubriaca durante tutta la settimana di Natale. Fu durante questo tempo ed in tale condizione che tutto il processo della accettazione e del matrimonio col convenuto ebbe luogo».

Quod vero B. tunc temporis fuerit ebria, sustinetur quoque ab ipso viro convento, qui, si eius dictis credatur, et ipse, eadem de causa, incapax erat contrahendi validum matrimonium. Dicit enim D.nus T.: «Io non fui responsabile a causa del forte bere: ero stato a bere da mezzogiorno alle sette del pomeriggio», et quod spectat B.: «Io credo che essa era ubriaca alle nozze. Anch'essa era stata a bere da mezzogiorno alle sette del pomeriggio». Quinimmo, ver fatetur se nihil de ritu nuptialium meminisse praeter nudum factum: «Non sono in grado di ricordare ogni altro dettaglio»; neque igitur reminiscitur quomodo sive ipse sive B. sese gesserint. Rogatus enim a Iudice: «Notaste che B. agiva in un modo strano durante la cerimonia?» respondit: «Nessun ricordo»; dein: «Rispose alle domande matrimoniali del Giudice di Pace?», ipse fatetur: «Non ricordo, non rammento, avevamo bevuto forte» (30/12, 14, 15).

Immo, semper iuxta eundem virum, nisi utraque pars fuisset potu forti madefacta, praedictum matrimonium locum numquam habuisset. Ait enim D.nus T.: «Se non avessi bevuto, non lo (il matrimonio) avrei proposto... Sono sicuro di questo. In circostanze normali non sarei stato nel luogo»; dum B.

erat «un casi sui limiti dell'alcoolismo. Credo che a quel tempo essa era arrivata ad un punto da dipendere dall'alcool. Credo che tutto il matrimonio fu uno sbaglio. Nessuno di noi si rendeva conto della serietà del matrimonio nè dei suoi obblighi. Credo che l'alcool fu il massimo fattore nel farci sposare» (31/32, 34).

8) Et re quidem vera, si rite perpendantur adiuncta plus quam peculiaria quae matrimonium praecesserunt, concomitata et subsequuta sunt, nullum potest superesse dubium quin actrix, probabilius et vir conventus, debita mentis discretionem privati fuerint idque quia facultates nimis obnubilatas habuerunt ratione ebrietatis.

9) Quod vero spectat circumstantias praecedentes, Patres animadvertendum censuerunt agi imprimis de puella iam a prima iuventute anima turbata: eius enim mater, uti vidimus in facti specie, olim catholica, coniuge derelicto, alium virum acceperat quem B. numquam probavit: ex quo factum est ut haec aegre tulerit disciplinam domesticam rigide impositam, et, ubi potuit, exorto circa amicitiam cum quodam viro gravi dissidio, non dubitavit domum deserere.

Instabilis vero puella, quae in aetate 18 annorum constituta iam incoeperat potum alcoholicum degustare, ut viri dilecti vestigia premeret, petiit civitates Novam Aureliam et Galvespolim, quibus in locis, uti pernotum est, puellis tenerae aetatis pericula gravissima obtunduntur, neque destitit a corporis sui copia dicto viro facienda, quamvis hic evidenter puellam hystericam evitare studuerit. B. enim fatetur: «Io ero diventata profondamente attaccata a G., un ufficiale dell'aeronautica. Poco tempo dopo che arrivai a X., seppi che egli era di stanza... e feci ripetuti sforzi per mettermi in contatto con lui, ma egli rifiutò di vedermi... Dovetti fare degli sforzi su di lui prima che egli divenisse intimo con me» (8). Neque minuebatur insanus amor cum B. comperit amasium iam esse uxoratum: e contra «la mia infatuazione emozionale era così forte che volevo sacrificare onore, reputazione, ogni cosa per essere con lui» (pag. 8).

Quare ubi D.nus G. eam definitive repulit, B., acriter delusa, atque amore desperato turbata, in conditione miseranda versabatur: «Quando egli partì», ita B., «io fui così profondamente ferita e depressa che piansi la sua perdita per mesi a mesi».

Verum, cum misera puella nequiverit domum remeare, consolationem in poculis quaerere incoepit, quod facilius ei resultavit cum operam suscepit in taberna dubiae famae civitatis X. nempe ob mores dissolutos pernotam. «Quando fui a X., dopo un settimana cir-

ca, presi un'occupazione in un bar, occupazione che ritenni per la maggior parte del tempo che fui colà. Questi mi pose in contatto con ubriaconi e le mie abitudini di bere andarono di male in peggio... Cercavo di tenermi su andando con i seguaci della dolce vita, facendo il giro dei bars, bevendo fortemente e dandomi alla teppa» (pag. 9).

10) De actricis conditione nos edocet testis D.na F., eius amica, quae in epistula causae patrono in prima instantia haec scripsit: «Prima di tutto, mi si permetta che dica che al tempo che io conobbi B., essa era una ragazza molto confusa, malata d'amore... Fu poco dopo il loro breve romanzo d'amore che io incontrai B... B. aveva ricevuto «una doccia fredda» dal suo G., quando sua moglie (B. non sapeva che egli fosse sposato) improvvisamente apparve sulla scena. Non c'è bisogno di dirlo, la esperienza la lasciò con la bocca amara a B. rimase molto confusa, scossa, ed essa aveva troppo «orgoglio» per ritornare dai suoi genitori giacchè essa li aveva lasciati con pretesto e con aspre parole scambiate da tutte e due le parti» (pag. 68).

11) Quod autem B. tunc temporis, ratione potus quam sumebat et delusionis quam passa erat, reapse minus sui compos fuerit, clarissime illustrat matrimonium cum quodam R. ad finem mensis augusti contractum. Partes enim ad hanc comoediam, nam de vero matrimonio haud licet facere sermonem, vix inter se cognoverunt: vir erat coniugatus: B., quin rogasset an vir liber esset, matrimonium, ex loco inter potationes propositum, amplexa est, alcoholica euphoria elata — «Lo sposai per la semplice ragione di far continuare la festa. Pensammo che era una idea meravigliosa se potevamo annunziare al gruppo che ci saremmo sposati; così uscimmo del bar, andammo alla Corte, ci sposammo e ritornammo allo stesso bar ed alla stessa riunione» (24/9).

Ideo, B., etiam tunc absque discretionem, ut minus dicamus, matrimonium perpendebat, seu iam tam mente erat disordinata ut incapax existerit promendi iudicium vere ponderatum; nulla enim mulier, utcumque fatua, cum viro ignoro contrahit, priusquam saltem summarie indagaverit de libero sponsi statu. Quod, uti nemo non videt, maximi est momenti in praesenti causa solvenda, nam B., dissoluto dicto matrimonio per decretum civile, solatium in vitae illecebris et in forti potu magis magisque petendo: «pensavo proprio che potevo perdermi bevendo», ait ipsa — in dies peiorem in partem vertebatur. Id ex eius epistulis clare intellexit D.na F., quae interea domum redierat: «...il tono delle sue lettere era allarmante; essa era andata oltre un po' selvaggia». Essa aveva adottato l'atteggiamento «Amali e lasciali», il

che non era corrispondente al carattere della ragazza che tanto affettuosamente chiamava «Butch...» Quando io la lasciai, essa era depressa e ferita (nell'affetto), ma ancora era ottimista riguardo al matrimonio ed al futuro in generale. Ora le lettere erano scanzonate, ciniche «non m'interessa», «passa oggi vien domani», ecc. ciò che mi atterrì giacchè ero attratta verso B. a causa delle sue qualità di donna saggia, quieta, ponderata» (69).

12) Quantum vero B. dissipata devenit, facile et continuo potuit testis suis oculis verificare, cum scilicet rediit X. ad ferias natalitias cum amica celebrandas. Tunc enim, scribit F., «fui sorpresa nello scoprire che essa era occupata in un «bar», il B ed S... un piccolo oscuro buco... Dovevano essere le 5 o le 6 del mattino quando abitualmente essa ritornava. Mi ci volle solo il primo giorno per vedere che quando essa ritornava, aveva preso buona parte della mercanzia dietro il bar nel quale serviva... pensavo a lei ed a che cosa potevo fare per tirarla fuori del precipizio nel quale era caduta... parlai con parecchie persone, che dissero che B. aveva bisogno di aiuto e che la migliore cosa per lei era che se ne andasse via da X.» (pag. 70).

Quae confirmationem accipiunt e diario, coevo eventibus, a praedicta teste conscripto, ubi, inter alia, legimus: «B. continuava a bere fino a diventare ubriaca stupida... Perbacco, ma certamente ci divertimmo con B. Perbacco».

13) Nunc autem his praecise diebus, festum Natalis Domini praecedentibus atque subsequentibus, cum deventum est ad matrimonium conciliandum interatricem et virum conventum B. magis etiam se dedit potibus alcoholicis — «essa beveva costantemente durante quella settimana», deponit F., confirmansatricem fatentem; «Le mie cadute nel divenir ubriaca divennero più persistenti e più frequenti. Raggiunsi il fondo più basso nella settimana del Natale del 1945, che fue più o meno una lunga orgia».

Et B. pergit: «Fu durante questi bagordi che ebbero luogo tutto il mio «corteggiamento» ed il mio matrimonio col convenuto», cum illo scilicet viro quem vix a mense cognovit (cfr. testimonium D.ni T., 29/7). Et matrimonium sic fuit conciliatum: «Nel pomeriggio del 26 dicembre 1945, F. condusse il signor T. a casa con l'idea di farci mettere insieme e di spingermi a sposarlo. La sua sincera intenzione era quella di aiutarmi ad uscire dalle terribili bassezze nelle quali ero caduta. Io ero divenuta completamente ubriaca alla festa di Natale la sera prima e rimasi più o meno completamente ubriaca durante tutta la settimana di Natale» (pag. 2).

Cum B. concinit D.na F., quae enarrat, quamvis aliquatenus confuse, quemadmodum ipsa consilium dederit amicae de proposito viri conventi acceptando: «dalla prima notte dell'arrivo di T., B. sembrava sconvolta. Essa diceva: «che farò, il ragazzo desidera sposarmi». Ho timore che io caldeggiassi la cosa in quanto allora sembrava la soluzione perfetta per i suoi problemi» (pag. 70). B. enim una cum viro convento per tres dies totam civitatem vagabatur, tabernas visitando: «T. e B. proprio scomparvero e non li vedemmo per tre giorni. Essi andarono in giro e diverse persone le videro in differenti luoghi. Essi ritornarono circa dopo tre giorni, ovviamente avendo bevuto fortemente» (34/5).

Accepto amicae consilio, B. matrimonium quam primum celebrandum nuntiavit contubernales, et una cum sponso potationes rursus sumpsit, et quidem, uti videtur, usque ad horam nonam vel decimam ipsius diei nuptialis. (Verum, sat difficulter ex unicus depositionibus eruitur ordo quo res illis diebus evenerunt, cum B. et T. certo certibus ebrii fuerint, et D.na F., quae evidenter nec ipsa potum fortem spernebat, sat confusam se praebet, sive in deponendo sive in epistula praedicta, sive denique in diario coevo, in quo v. gr. legimus matrimonium celebratum fuisse die 29 dum et contra locum habuit die 28 decembris). Sed quidquid est de praeciso eventuum ordine, dilucide tamen constat parte et nocte matrimonium praecedenti et ipsa nuptiali die potum fortem copiose cumpsisse. Dicit enim, D.na F.: «lei e T. erano stati fuori tutta la notte facendo il giro dei bars e ritornò intorno alle 9 o 10 del mattino a chiedermi di andare con loro per domandare la licenza» (pag. 71). Cum autem ex matrimonii testimonio, typis scripto et in actis asservato, desumatur dictam facultatem obtentam fuisse ipsa eadem die, patet B. et T. iam a summo mane fuisse in statu euphoriae alcoholicae, quam crebra potatione servaverunt usque ad horam celebrationis matrimonii, bibendo ab hora meridiana usque ad septimam horam serotinam, uti nos iam docuit vir conventus in sua depositione supra citata.

14) Quibus attentis, nihil mirum si, appropinquante hora pro matrimonii celebratione statuta, B. in pessima conditione a D.na F. fuerit inventa. Id imprimis testi innotuit ex eo quod B., domum relinquendo, secum haud portaverat sacculum. Quae circumstantia haud minoris momenti retinenda est, siquidem nulla mulier fere umquam sine sacculo extra domum versatur, eaque propter huiusmodi omissio animum testis ita feriit, ut illico secum quaesiverit ad quemnam locum potuerit B. se conferre sacculo destituta. — «Quando andai all'appartamento, B. se n'era andata. Essa ave-

va lasciato la sua borsa sul letto così io mi domandavo dove poteva essere andata senza di essa». Intra horam explicationem habuit: vir conventus comparuit advehens secum B., quam in taberna invenerat potum adhuc sumentem: «Entro un'ora circa arrivò un taxi con T. e B.: egli disse che l'aveva trovata a bere». Verum in tali miserrimo statu versabatur puella ut nequiverit sese lavare vel vestes mutare. Id nos docet eadem F.: «La conducemmo sopra la lavammo la faccia e la vestimmo» (pág. 71) Nihil mirum igitur quod F. affirmet B. nullimode capacem fuisse depromendi consensum matrimonialem — «Non credo che fosse affatto capace (I don't think she was in any condition), era sul punto di un collasso nervoso» (34/6).

15) Patres, his habitis ac probatis, tenuerunt satis evinci quod B. adeo ebria erat, sive ante matrimonium sive in eodem celebrando, ut certo certius non esset capax intelligendi sive valorem actus sive naturam obligationum exinde derivantium.

Enimvero, a) per plures dies matrimonium praecedentes, ipsa magnam fortis potus quantitatem continuo sumpserat. Nunc autem, et hoc bene notetur, penes cives Americae Septentrionalis, potus fortis subaudit liquores ardentis vel cerevisium, minime vero vinum naturale. Pacificum autem est, alcohol hoc modo desumptum penitius ac citius centrum nervum attingere, effectusque funestiores habere. Praeterea, memorandus est modus quo solent dicti cives potu forti uti: pro iisdem enim bibere significat alcohol ita sumere ut quam citius euphoria vel etiam amissio sensuum inducatur. Id vero certo certius in casu nostro habebatur; agebatur enim de classariis, vacatione gaudentibus, quorum mores, si liquores degustare soliti sint, ampliore explicatione haud indigent, deque puellis easdem voluptates participantibus.

b) Actiones actricis eiusve modus vivendi redolent personam potu forti valde degradat: pernoctationes scilicet in tabernis, redditus horis antelucanis, frequentes abundantesque potationes, nuptiae ex ioco cum viro uxorato contractae: dein, lascrimae et lamentationes illico ante matrimonii celebrationem, consilia ab amica desperate quaesita, coeca eidem amicae praestita obedientia, incapacitas sese vestiendi: haec omnia, simul sumpta, clare demonstrant B. non solum vitio bibendi esse deditam, sed et ad nuptias graviter ebriam accessisse.

c) Porro, omnes qui partem in hoc negotio habuerunt, probe sciverunt distinguere inter ebrietatem quae auferat dominium rationis et illam quae euphoriam tantum secumferat, quippe quod omnes supradictae personae in materia experientia fruebantur.

Ideo cum actrix affirmat: «Io ero divenuta completamente ubriaca... e rimasi più o meno completamente ubriaca durante tutta la settimana di Natale»; cum D.na F. scripsit in suo diario quod B. «continuava a bere fino a diventare ubriaca stupida» quodque eadem actrix nuptias inivit ex quadam «ubriaca cieca ubbidienza», cumque denique vir conventus opinatur B. in eodem ebrietatis statu fuisse perinde ac seipsum; nemo eorum in aliquod dubio versatur sive circa gradum verae ebrietatis B., sive circa eiusdem amissionem discretionis ad agendum, quam huiusmodi potationis modus secumfert.

d) Partium vero testisve assertiones plenam fidem merentur tum quia confirmantur circumstantiis temporis et loci, cum quia factae sunt a personis optimis credibilitatis testimoniis munitis. B. enim ad fidem catholicam conversa cum patientia vitam honestam degit, sperans tantummodo se matrimonio catholico cum viro catholico coniungi posse. Vir vero conventus, D.nus T., vere sincerus et omnino veridicus ab ipse Defensore vinculi Tribunalis Novae Aureliae praedicatur: dum pro D.na F. prostant in actis attestations optima credibilitatis.

e) Caeterum, quod hi omnes univoce nunc affirmant, tempore quoque quam maxime insuspecto iam declaraverunt. Id enim rescimus ex D.no C., actricis, vitrico, que et ipse bono fidei testimonio ornatur. Hic enim testis intra paucos dies a contracto matrimonio a B. et a F. didicit actricem in statu ebrietatis contraxisse, idemque paulo post a parte conventa audivit. «Secondo le conversazioni tra loro (actricem scilicet et conventum) e F., essa era ubriaca quando si sposò. Non vi era alcun dubbio riguardo di ciò nella mente di tutti a tre costoro che furono presenti alle nozze» (45/7).

f) Item, modus que se gessit B. cum primo e tenebris alcoholicis ruit suscitata, clare ostendit eam noluisse matrimonium habere validum et qua tale fontem obligationum. Enimvero, ne cogeretur cum viro vitam communem instaurare, iam primis coniugii diebus, seu statim ut potuit, civitatem reliquit, paternam domum reversa, quo numquam se contulisset nisi gravissimis curis cruciata: antea enim aperte declaraverat se ad tam infelicem vitam numquam esse redituram. Neque in posterum nisi a parentibus esset coacta cum viro cohabitasset, quia agebatur de viro cui actrix numquam nupsisset si compos sui fuisset. Qua in re audiamus vitricum, d.num J.: «Essi erano reciprocamente incompatibili quasi in tutti i modi possibili» (46/11). Et iterum: «Fu a causa della pressione fatta da sua madre e da me che essa lo aspettò e lo accettò come suo marito. Lasciata a se stessa, credo che se ne sareb-



be scappata e non l'avrebbe più incontrata» (45/7). Quod confirmat B. affirmantem: «Mia madre è molto emotiva ed io le avevo causata tanta vergogna/ In aggiunta alla mia vergogna, avevo sposato un uomo che ere bigamo; quindi andai in giro e sposai un altro uomo. Tutto questo l'aveva ridotta quasi al punto di essere recoverata. Così mia madre e mio padre mi fecero affrontare le conseguenze di ciò e mi pressarono affinché andassi con T. e facessi del mio meglio» (27/38).

16) Hisce ergo considerationibus innixi, Patres non ambigerunt affirmare actricem, ob ebrietatem qua laborabat, non potuisse validum seu iuridicum consensum matrimonialem depromere cum coram Iudice pacis se sistit ad matrimonium celebrandum cum T., eo vel magis quod non solum in ipso ritu nuptiali celebrando mentem nimis obnubilatam habuit, sed etiam quia toto tempore quo duraverunt tractationes praeliminares eodem vitio praepedita fuit quominus debita cum discretione vel libertate prae oculis haberet vim ac naturam matrimonii, vel intelligeret quid esset onera perpetua suscipere. Quod neque melius neque magis peremptorie perstringi potest quam verbis viri conventi: «Nessuno di noi si rendeva conto della serietà del matrimonio nè dei suoi obblighi. Credo che l'alcool fu il massimo fattore nel farci sposare» (31/34).

17) Actricis assumpto minime nocet quod neque Iudex pacis eiusve uxor, neque director tabernae a partibus frequentatae animum adverterunt easdem fuisse ebrias. Siquidem, quod spectat Iudicem pacis, is, uti

expectandum erat, nullam memoriam retinet adiutorum in quibus nuptiae locum habuerunt, cum pro illo nuptiis adsistere nihil aliud sit quam praesentiam corporalem praebere atque stipendium accipere. Director vero tabernae, nullimode potuit inter tot contubernales partes in hac praesenti causa distinguere: e, si non dubitet affirmare se numquam permisisse ut ebrii diversorio uterentur, id cum grano salis accipi debet: utique ebriosi violentes e similibus locis expelli solent, sed quid de tot aliis qui nemini molestiam afferunt?

Quibus omnibus tam in iure quam in facto mature perpensis, Nos infrascripti Auditores de Turno, pro Tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, Christi Nomine invocato, edicimus, pronunciamus et definitive sententiamus, respondentes ad dubium propositum: «**Affirmative, seu constare de matrimonii nullitate, in casu**».

Ita pronunciamus, mandantes Ordinariis locorum et ministris Tribunalium, ad quos spectat, ut hanc Nostram definitivam sententiam executioni tradant, et adversus reluctantes procedant ad tramitem C.J.C. lib. IV, tit. XVII, adhibitis iis executivis et coercitivis mediis, quas pro rerum adiunctis efficaciora videantur.

Romae, in Sede Tribunalis S.R. Rotae, die 22 februarii 1965.

Gerardus M. Rogers, Ponens  
Ernestus Flore  
Salvator Canals

Caietanus Pezzicara, Not.

